

① Un parfait bonheur

Nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,
montibus in liquidas pinus descenderat undas,
nullaque mortales praeter sua litora norant;
5 nōndūm / prācīpī/tēs // cīn/gēbānt / ōppīdā / fōssā;
nōn tūbā / dērēctī, / nōn // ārīs / cōrnūā / flēxī,
non galeae, non ensis erat: sine militis usu
mōllīā / sēcūr/ā // pērā/gēbānt / ōtīā / gēntēs.

Ipsa quoque immunis rastrisque intacta nec ullis
10 saucia vomeribus per se dabat omnia tellus,
contentique cibis nullo cogente creatis
arbutos fetus montanaque fraga legebant
cornaque et in duris haerentia mora rubetis
et quae deciderant patula Jovis arbore glandes.

Ver erat aeternum, placidique tepentibus auris
15 mulcebant zephyri natos sine semine flores;
mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
nec renovatus ager gravidis canebat aristis;
flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant,
flavaque de viridi stillabant ilice mella.

Ovide, *Métamorphoses*, livre I, 94 -112

Traduction :

Alors, le pin n'avait pas encore été abattu dans ses montagnes et n'était pas descendu sur les flots marins pour visiter un monde étranger; les mortels ne connaissaient de rivages que les leurs; des fossés pentus n'entouraient pas encore des places fortes; point de trompette droite, point de cor à l'airain courbé, pas de casque ni d'épée : sans l'aide du soldat, les tribus passaient sans risque de doux loisirs.

La terre aussi, dispensée de toute obligation, sans être touchée par le hoyau, ni blessée par des araires, donnait tout d'elle-même. Satisfait des aliments produits sans aucune contrainte, l'homme cueillait les fruits de l'arbousier, les fraises des montagnes, les cornouilles, les mûres attachées aux ronces épineuses et les glands tombés de la large frondaison de l'arbre de Jupiter.

Un printemps éternel ! Les zéphyr paisibles caressaient de leur souffle tiède les fleurs nées sans semis. Bien vite, même, la terre vierge portait des moissons et le champ en jachère blanchissait de lourds épis. Là, des fleuves de lait, là, des fleuves de nectar; des gouttes de miel blond tombaient de l'yeuse verdoyante.